

Konarski St Anima conviliorum (1782)

XVIII. 3. 89

1722. *Autem* Stanislaus Hieronimus Poniatowski, Sch. Petri
meritissimus sedis Patriae viv.

**A N I M A
C O N S I L I O R U M
C O E L O R E C E P T A
I L L U S T R I S S I M U S E X C E L L E N T I S S I M U S
A C
R E V E R E N D I S S I M U S
D O M I N U S
D . P E T R U S**

COMES DE CZEKARZEWICE

T A R L O

EPISCOPVS POSNANIENSIS

E T

V A R S A V I E N S I S

ABBAS PARADISENSIS

In ipso Generalium Regni Comitio-
rum exitu, Ecclesiam, Patriam, Diœcesim nun-
quam satis dolendo obitu Suo

F U N E R A N S

Inter publicos Statuū Regni Lu>stus Parentali Stylo.

Diœcesani Varsaviensis Scholarum Piarum Regij Collegij.

C O M P L O R A T U S .

Anno Pastoris Animæ suæ traditione saluti publicæ con-
sulenta 1722.

*Labor Academico Revundi Patris
Stanislai Poniatowski
Scholarum Piarum Regij Collegij*

*gen
61.*

AMICOS
IN VERO IN RYBACHY
GEO JO HEBRA
CARTA
ANIMAS ENDE

*Ad excelsa sublatus, inter felices currit
ANIMAS, excipitq; illum Cactus Sacer. Sene-
ca Epist: 25.*

*Non judicabam me, cum AMICOS su-
perstites relinquerem, mori; putabam, inquam,
Me victurum non cum Illis, sed per Illos, I-
dem Epist: 70.*

*Hanc mortem fatis Magni præferre Catonis
Fama potest. Martialis.*



AD
ILLVSTRIS SIMVM
AC
REVERENDISSIMUM DOMINUM
D. EPISCOPUM
KIJOVIENSEM
ET

ILLUSTRISSIMUM AC EXCELLENTISSIMUM
D. PALATINUM LUBLINENSEM

T A R Ł O N E S

Totamque Domum Purpuratam.

P R A E F A T I O

Ngentē Senatus Ani-
mam cælo redditā,
& ipsi prope magni-
tudine Fati exanimis plan-
gimus, emortua in uno Corde
Illustrissimæ Domus T A R-
ŁOVIANÆ, Vestrā præser-
A tim

tim animaturi solatia. Damus omnes sævo in lanienam Dolori aperta pectora, ut in nostris enervata crudelitate, miteſcat in Vris, fundim⁹ ſalſo pelago erūpentes lachrymas, ut Vobis dulceſcant Vræ, abroſiā cæleſti dilutæ. Nos funeri Niobæo ſimiles præ planctu obrigelcim⁹ in laxa, ad quæ æſtuantiuſ fatorum procellæ allisæ fractæq; deſidant, ac animi Vri malaciā & trāquil- litatē nō perturbent. Gaudiū quippe id eſſe deberet Tuū Magne Antistes: ſuper infula- tos TARŁOVIJ Manes lugē- tem aſpicere Polonū Orbem. Regiā, Senatū, Tribunal, fan- ctua-

etuaria, aulas, unus involvit
mæror. Sciet Orbis, & plā-
get. Audiet Roma, & Tyberis
mæstis augebitur undis. Ubi
enim male tractata manibus
fati Aſcia, cecidit gravi impe-
tu, neceſſe eſt, ut Mundus fra-
gorem audiat, regna contre-
mifcant. Hoc publico totius
Patriæ ac terrarū parentan-
tiū gemitu, solare & Te IL-
LUSTRISSIME DOMINE
PALATINE LUBLINEN-
SIS, nec enim ſolus pateris,
ſed gentibus dolorē dividis,
ac præfertim Civibus almæ
Sarmatiæ. Cōplorat Tibi, vo-
bisq; omnibus Augusti TAR-
LOVIJ & minima Scholarū

Piarum Religio, dum lamen-
ta in folijs porrigit; sibi dolo-
rē in herba id est semper re-
centissimū relinqvit. Fati-
scētē suis angoribus, ob tan-
tum Mecænatem ac Patrem
amissū, excipite Præsulei Pe-
des, fulci Dioecesim hanc ful-
ture Scipio; præcipue vero
favoribus tuis Trabeata Do-
mus TARLONVM erige Se-
natoriæ advolutum laciniæ,

*Illustriſſimo Nomi ni devin-
ctiſſimum*

Varſaviense Sholarum Pia-
rum Collegium.

Le Poëte Kouarski n'avoit pas 18-aus, lorsqu'il composa cette ovide
funèbre; on sait avec quelle tristesse il fit l'élégie jecolier
du style bédicule. De cette poësie, dans son célèbre lycée d'Institut
de Edmundaudis Elegiacissima ritito 8^e Vol. 1741. pag. 30, et suivant les
un autre qui avoit publiquement les fautes et se juge avec tout de
sorites, avoit sans doute le droit de condamner la poësie trouvée dans
les oracles de la Sce de
jessis, et au bout de
Cassius, triomphant des Gaulois
dut pour ce le criev
au sacrifice -
Statutus Na juge, et son
Pays l'a éprouvée -

LESSUS FUNEBRIS.

I.

PVllata Regni Numinæ
Mærens Patrum Senatus
Cuius Beatam pulvere
Circum stetistis urnam?

II.

Hic squallet immensus cinis!
Præful cadaver hic est!
Hic tristis Antistes Dolor
Apparet Infulatus.

III.

Taxi cremantur funebres,
Libamen implet aras
Quod profluentes palpebræ
Ceu urcei propinant.

IV.

Funduntur è præcordijs
Lamenta purpuratis
B

Tra-

Trabeas cadentes lachrymæ,
Ostrumque decolorant.

V.

Rex ipse flenti Præfulem
(Chalybe nutritus Heros)
Collachrimatur Curiæ,
Magnumque dat dolorem.

VI.

Augusta Gens TOPOREI
Ad pegma triste pallent
PRÆSVL; PALATINVS, suū
Gemunt id esse Fatum.

VII.

Funesta stant altaria ,
Mortes saliunt per aras,
Pullumque sanctuarium
Eccleliam figurat.

VIII.

Heu quale vulnus Afcia
Quam grande,quam profundū
Infi-

Inflixit orbi, de sua
Nuper ruens curuli !

IX.

Sublime terrarum caput
Hunc Roma sensit ictum,
Et visus in fastigio
Nutare Vaticanus.

X.

Hac clade mundus ut suâ
Concussus expavescit.
Sic quæque submotâ basi
Titubat caditque moles.

XI.

Magni tamen TARLOVIJ
Hæc prima vos ruina
Involvit. Eheu ! Afciæ
Fatiscit Architectus !

XII.

Allisa duro marmori
Acies hebescit illi;

B 2

Nequit

Nequit tueri, cum Stator
Sub mortis it securim.

XIII.

Lugete momēto ruit
Æternitate dignus !
Qui si stetisset sœculis
Adhuc parum stetisset.

XIV.

Calcata plorat Insula
Suis lachrimosa Gemmis
Donec det alter verticem
TARLO, viduata planget.

XV.

Iam Roma plures Purpuras
Parabat & Galerum
Sed Fata contendentibus
Rapiunt caput Tyaris.

XVI.

Qui esce jam Præsul cinis
Sacri iacete manes !
Æternus huic Custos erit
Amor Dolorq; Tumbæ !



Vos cineres? quod tam
grande Bustum in exigua
spectamus urna? cuius
hic atro aspersus pulvere
iacet murex? ac erubescit confusio-
nem passa vili cum limo purpura, imo
sensim injectis mortualibus maculis im-
pallescere videtur, sensim lachrymis
complorantium diluitur. Cuius est
haec quæ pone squallet Insula? deor-
sum mærentium in morem inversa,
ut bipando labio, terram alloqui, ab-
latumque sibi caput ab ea queri & sup-
plex repetere videatur. Cuius est hoc cō-
fractum pedum? pedū hodie segmen ab
audaci calcatum Fato, heri Orbis ful-
crum. Cuius est hic diffractus annu-
lus? an præ dolore sponso erepto dissi-
A liit

liit? an jam se negat esse æternitatis
symbolum? ruptaqz spbærâ, finem,
(quem alias in eo non reperias) o-
mnibus rebus tandem imminere de-
signat. Cuius est hic unio è Ponti-
ficia cydari fatali cuspide erutus, ac in
pavimentum excussus? quo nunc pre-
tiosiores sunt illæ gemmæ, quas gelidus
ex oculis extrusit dolor, quæ e lachry-
mis in iacturæ complorationem fusis con-
creverunt. Cuius humeris hic torquis
detractus? qui ipsis videtur fluenti-
bus lachrymari circulis, ceu pupillis.
Cuius nam vos lugubrius pullati Togis
Genij, (quos per omne templum tristi
choragio, pererrare video) circumfer-
tis insignia? Rapit nova formido ani-
mum! terremur magnitudine, nec ad
huc credimus; dubitamus posse fieri &
iam factum esse cognovimus, bæremus
in notis vultibus, & non nosse vel
facit amor, vel admiratio reflexione
potentior. Circumstamus attoniti fu-
nestis-

*nestissimum pegma; credideris vivos ad
funebrem hanc pompam colossoſ qui
præ dolore in ſaxa propemodum obri-
guimus.*

*Stat tumba; communis Regum ac
Achivorum Domus: Heroum qui-
bus orbis angustus, capax: Omnia
objecta obtutibus, pavenda animis, ni-
bilo alio, quām umbris ac silenti cine-
re, metuenda. Vlnas quatuor non
excessit, quas neque aut vix accessit il-
le, qui unā manu orientem, alterā oc-
cidentem tangere, & ultra mundi fi-
nes immensitatem ſuam fudiffe diceba-
tur. In latum ſi binis palmis metia-
re funefium ferculum totam funeris
vastitatem portione exili adeo conclu-
ſiſti. Hem latera Veftra Princi-
pes! quibus quælibet decrescit vastitas,
Provinciæ non ſufficiunt; hoc Iſthmo
metimini. Vis altitudinem urnæ? ſi
ad ſemialterum cubitum cælo educta
eft, fastigiatam nimiū crede. Ad quid
A 2 igi-*

igitur turrita ædium abitio se cælo ia-
ctat? pinnæ nubes lambunt aut pro-
ximiores astris inquilinorum loquun-
tur superbiam, ad quid basilicæ
non tam suis fastigijs quam incolenti-
um Principum fastu turgescunt moles?
Et tam alti consurgunt apices ut ver-
tiginem ægre vitare queas? in his ma-
chinis diem, in fatali cista ævum a-
ges. Ruet lacunar, lacuna manebit
Sublimia nepos incolet aut dissipari ne-
gliget Augustalia, tuo pectori ac capiti,
ubi humile lignum, plumbumve putru-
erit, telluris gravis massa incumbet.
Tumbam porro modicis ascendens gra-
dibus pegma sublimat. Necessum es-
set eam ita ad orbis spectaculum in su-
blime attolli, neminem ut jactura In-
gentis animæ lateat ut nemo non videat
sibi quoque ad idem lugubre larario-
lum, iter dirigi Et se ejusdem umbram
fore inquininam. Memorant Vladis-
laum IV. ut Et alterum sine orbis
gemi-

gemitu & novo attrementis barbari-
ei terrore nunquam memorandum Io-
annem III. utrumq; jam mortuali pal-
lore ac terreâ decoloratum specie, id-
que quod & Reges debent exolven-
tem, illâ quà barbarorum agmina
fulminaverant voce humanitus poti-
us quàm regie, christiane tamen inge-
muisse: Vtinam nunc orbi integro
exponi ac spectari possim! vi-
deant omnes commune nobis esse
& è pulvere formari, & in pulve-
rem resolvi, nostrum vestrumq; si-
ne mænijs ac ferris larem; urnam.
*Cujus jugem intuitum, triste illud super
purpuratos manes datum epitaphium
incolcat.*

Aspice Tumbam
Cubile Regum:
Cerne Theatrum
Angustum, & ingens:
Ingredere urnam
Intres priusquam.

B

Cete-

Cæterum hanc lugubre villoſi ſeri-
ci tegmen conveſtit, aureas ſimiles cla-
vi multipli ci ad omnes margines lineā
affigunt tænias; aliusq; injucundus fu-
neſtæ molis apparatus, non tam ocu-
lum oblectat, quam animum fauciāt.
Res ipsæ mærere videntur. Pullati
horrorem ſpirant parietes, & quaſi vi-
deri nolint non plangentia ſaxa, cum
lugere non poſſint ab oculis abſcondun-
tur. Quinimo

- Nutant fastigia templi.

Et ſacri plangunt apices. - Barleus.

Auribus lentum ſeſe infundit mur-
mur, aggemunt Organa, ſubmugit
tympanum, raucescunt litui, vocum
plangor reſonat, pro arte dolor, pro
notis ac punc̄tis lachrymæ, pro paſſis
gemitus; & alia quæ diſpoſuit, chori
Præfectus mæror, idem & totius San-
ctuarij ac funebrium Sacrorum Anti-
ſtes. Nigris trabeati ſupparis Sacer-
dotes, nigris altaria velata ſimulacris,
nigris

nigris spectator Togatus laticlavis
cuncta funebres asperserunt Cymme-
riæ ipsæ facies, an quod effusis balnea-
tæ lachrymis? in albescunt. Templum,
putes sepulchrum lætitiae. Lucent ubique,
innumerabiles pene faces, & in media
ignium luce, umbra mæroris appareat.
Ceras liquant flammæ, & prope dolor.
sumus à funeralibus in nubem coit, suspi-
riis ceu ventis agitur, & pluviam tẽ-
pestatemque præfagus portendit. Co-
piosum oleum lampadibus subministrat
materiem, sufficerent & lachrymæ si
deesset. Flagrant cereæ moles, fla-
grarent in fata odijs si possent. Con-
sumuntur, & consumi tristitia impe-
rant.

Frustra quippe minores ardetis fa-
culæ! cecidit è candelabro Ecclesiæ fax
Orbis magna! occlusa est & jam ex-
tincta non sub modio sed sub tristi ur-
na Lux mundi ingens! quod si & to-
tidem orbi nascantur sydera, quot stel-

lulas ignium à funeralibus collucentium
nictantes passim uideo, adhuc post ex-
tinctum luminare magnum haud po-
terit pullatus Patriæ Horison exse-
renari. Occubuit ! occubuit ! pri-
mæ Magnitudinis Sydus & lamenta
igitur sine dispositionis lege errare par-
cite ! quocunque hæc secum communi-
bus involutus tenebris rapit dolor. Res
enim adeo tristis, adeo peremptorie à
fatis præcipitata, ad ordinem reduci
non potest. Inter partes funestissimi
eventus discrimen non erat. Desuit
priusquam cepisset. Principium ac
medium non video; nam tota res,
finis erat. Spei aut timori spacium
nullum fuit. Sine Vespere ac crepe-
ra occasus, sine nubibus ac fulgure
fulmen, sine morbo mors venit. To-
tum nostræ infelicitatis ac feralissimæ
tragediæ punctum cohorescentibus
ac metu terribili fulminatis animis,
primo mane, 16 Novembris sparsum
urbem

urbem ingenti consternatione implevit: Episcopus Posnaniensis TARŁO hodie obijt.

Quis tunc mentibus horror? pallor vultibus? sensibus stupor? sese repente infudit? Nihil est illo dolore funestius, qui non per partes venit, sed simul totâ mole incubuit. Cùm spatijs sæva vis mali crescit, paulatim ei superandæ par, cùm sensim robustior efficitur animus. Fulmen gradibus non intendit ictum, totâ insimul vi elatum ruit, proinde vel saxei diffringuntur montes, crepant marmora. Nil fulmine mitius habet, qui ex inopino perculit dolor. Adamas sit animus; ex improviso fulminante fato, crepet, necesse est. Erupisset propemodum in diras furore toto, præcipiti malo irritatus dolor, nisi firmior illo conscientiæ Religio cohibusset docuissetque: quod Illy qui omnes tinxit purpuras omnes

C momen-

momento diluere liceat, & qui è luto
formavit Principes, eos in lutum, cū
voluerit, possit transformare. Qua-
re ne impotenter erumperent, suspiria
religione fregimus, & in extremis
adeo consilijs utilius nihil visum fu-
it, quam , cessisse DEO. Cùm in-
terim ita se intra præcordia strangula-
ri sentiret, ac in libertatem erumpen-
di viam sibi præclusam suopte genio
trux ac immitis videret dolor, insti-
tit tacita laniena in viscera omnium
savire: ut se intra consumeret, cui ex-
tra in querelas effundi fortiter cau-
tum esset. Vectes is adamantinos
frangeret, nedum eroderet, non fregit
religiose obedientem conscientiam.
Ambulabamus, hunc passi sub pectore
vermem, cui cibus, animus. Vidis-
ses non Manes tantum Præsuleos mor-
tuali gelu, sed & omnes suà tristitia
concoctos. Et Pontificia Purpura,
& mentes eandem crudeliter sensere
tine-

tineam. *Vidisse Pastorem mori, O-*
ves commori. Patrem Filij, ad men-
suram amoris & doloris plangebant.
Et erat decretorium illud momentum,
quo res funesta adeò contigit in omni-
um mentibus ac linguis. Et qui af-
ferebat nuntium, sibimet verane es-
sent, quæ diceret, non credebat. Ru-
morem rumori conferebamus, & ni-
bil certum quod displiceret animo, pu-
tabatur. Negabant alij, non pro-
terviā, sed quod se persuaderi non si-
nerent. Cum unda populi uno pene
momento ad fines urbis, ac omnia pa-
latia hie rumor adfluxit. Sacra in
templis rumpebantur tumultu gar-
rientium. Et quasi omnes eadem quā
Præsul Lethe obruerentur, ita omnis
rei succedebat oblivio, unā hac cun-
cti cogitatione sepeliebamur. Ipsum
tunc nubilum cœlum, ac langvens aer
aliquid fastidire videbatur, eodemque
animos fastidio involvebat. Tedium

ac mærorem per compita ambulantem
ac pullo habitu apparentem his oculis pene vidimus. Quod majus, ob-
viam euntium mentes videbamus, nec
ipsos nostras latuit cogitatio, quid ani-
mo volverent, nolisque dicendum
pararent, jam ijs anticipato ipsi pro-
ferebamus; non loquentum frontes
aspicere, eodem fati charactere, quot
contractis ab interna, calamitate rugis
tot litoris ac lineis inscriptas. Con-
silia, Scholastici ludi (quis enim his
inter funesta fatorum orgia suisset cam-
pus) mercaturæ, aliaque negotia qua-
si dato classico substiterant, & in una
eventuum omnium funestissimi medi-
tatione desixi omnes hæserant. Sena-
tus se in uno Capite peti, Rex Cordis
sibi divelli partem, tota Respublica
Patre Patriæ Carissimo, Cive incly-
to, præsidio libertatis orbari, Eccle-
sia adamatinum sibi frangi cardinem
perpendebat. Omnia illa tunc hac
in

in Urbe dicebantur, quæ haud longa
temporis intercedine toto in orbe
dicenda ac sentienda erant. Præser-
tim vero quærebamus causam, si hæc
præterquam à fato humanitùs sciri
posset. Et ut est in fortuitis ac præ-
sertim funestis casibus ingenium, sci-
re velle modum seriemq; rei, tragædi-
am hanc nemo erat, qui visam nar-
ret. An expedit id ignorari ab o-
mnibus? quod, nisi ignoraretur, omnes
sufficeret exanimare. Invisum sane
humano generi Fati inclementis opus,
proinde & omnibus invisum. Por-
ro quidquid inter inconsolabile Civiu-
totius Patriæ murmur, de tragica hac
magni Præfulis catastropha in sermo-
nem venit, in lenimen (si quod resicto
vulnere esse potest) gemens ipse, ac sin-
gultiens excipiam.

Imprimis pridiè (singulti anime!)
obitus sui, sanus vegetusq; fuisse fereba-
tur. Quid nobis mutabilius in natura?

D mi-

mirum profecto sumus vicissitudinis spe-
ctaculum, temporis spolium est usus ac
possessio vitæ nostræ. Quoddam nostri
esse, est esse, alienari. Sive fortunam
spectes, nulla in nostris manibus canuit
felicitas; sive naturam, hæc se diei de-
bet. Vires humanas metire? argilla
non chalybs sunt. Vis quid de firma
sanitate sentiā? est firma glacies. Hu-
jus in sua Antistes noster triste docu-
mentum dedit. Quem eadem ultima in
terris die, Regia Serenissimo AVGV-
STO familiariter collocutum, Divi
Joannis Basilica Sacris operantem, su-
um Palatum cum intimis amicis con-
versatum Præsule à humanitate, vidē-
re. Nihil ambigo, ipsam Insulatam
Virtutem Præsulem hunc serio semper
incerto festinantis momento mortis me-
minisse; in eam tamen cogitationem ve-
nio: quo ille mansisset animo, si publi-
ca omnia volventi, aut de rebus Prin-
cipes curas concernentibus in Regia con-
feren-

ferenti, auribus ea die conscius quispi-
am Genius intonuisse: dic vale Regi!
amicos & Sangvinem valere jube! ho-
die morieris! ad hunc nuntium nihil il-
le opinor expavisset animus, nihil im-
palluissent vultus, imo serenas quasdam
novæ hilaritatis lineas pacata proti-
nus facies diffudisset. Cedite minores
curæ (dixisset) partem mei vobis buc-
usq; commodavi, recipio: finite: me to-
tum habeam, totum cui debeo, reddā.
Ivisset in conclave arcanum ipsâ rerū
oblivione comitatus, & quo? ac unde?
eundum sit, secum perpenderet. In i-
gnes Augustini raptus, impetu anago-
gico in Patriam se præiret. Deum
complexus animo, jam gustaret. Ma-
gnos concivis Cives collegiatim ac viri-
tim salutaret. Brevibus :jam incipe-
ret cœlestis esse. Tota quin imo vita
ejusdem illi rationis fuit: sibi ultimum
semper vixit diem. Quod nobis su-
bitaneum visum est, meditatum illi &

è pectore optatum. Si nemo alius, ipse
se morientem vidit. Sibi prius hanc
scenam probavit, quam orbi ostendisset.
Proinde se sibi, quod sapientis est è
mente nunquam elabi sivit, etiam in
ter augustos versatus homines. Quorū
studiis, præhabita Dei animiq; curā,
ubi extremam illam dedit diem, conti
nenti magnarum cogitationum fatigio
quies intervallum dedit. In conclavi
te itum : è quo non amplius suis viri
bus, sed alienis manibus efferretur.
Mens humana sæpe nescio quo compa
vescit fato, quæ cum ignorat quid ti
meat, timendum aliquid præsagit. Fu
sæ Infulati hujus Seraphini multo ar
dore preces ignotis curis anxium ad
decretoriam horam præpararunt ani
mum. Inscendit cubile sanus agonis
sui triste pegma. Decubuit; sed quo
sæculo surrecturus? noctem bonam fe
licemq; Tibi precamur, Præsul. So
mnus tardat? cedit æterno. Dormitur.

Inte-

Interea tacitus conclave perambulat horror,
Et tristes Umbrarum animæ, formidine sacros
Implent Fata lares ! atrum è funeralibus ignem,
Pullati fundunt Genij. Fax spumea fumat,
Aula parentalis squallet caligine ceræ.

Mors tandem subit atra nigræ tentoria noctis.

(*Grandibus Imperijs ita formidabile Numen*
Ut parvis cum plebe casis) mox ossea jaetans
Membra salit sicco moles pede, seque curuli
Infundit, vittisque caput, grandique Tyarâ
Exsangvem capitum testam illusura coronat.

Talibus exeso fractis prope gutture verbis :

, Quam longum volvi patior mortalibus ævum!
, Ut liceat sero fusis albescere canis,
, Et capitum jaetare nives. *Homo pulveris urna,*
, *Occasus solis tot spectat, & æquore mergi*
, *Ridet in occiduo, cui dat brevis hora renasci,*
, *Et brevis hora mori, nigrisque occumbere terris.*
, *Lætus homo soles sese tot vincere gaudet*
, *Et vitæ securus ovat, fatisque superbus*
, *Insultat, vincique negans se posse, triumphat*
, *Hinc nisi quando lubet quod eat, nec lege teneri*
, *Sed placito, poni, vitæ cum displicet, usum.*
, Non sic è vili genus ortum pulvere ! non sic !
, Exue spes ! & adhuc longos dimensa per annos
, E vasto jace vota sinu : delira voluptas
, Disposuit quæcunque, gravis simul obruat urna,
, Momentum fecet ista. Oculis divellat amicos
, Oscula permittens modicum nec in ultima tēpus,
, Nec verbis lachrymisque moriam. Se nesciat ipse
, Qui moritur, mutetq; brevē cum morte veternum.
, Terreat hic rumor Reges, fastigiā mundi
, Concutiat. Simul omne gelu glaciabitur ostrum,
, Purpura pallescet, quatiet metus iste coronas ,

, Tam Clavæ quam fceptra tremet; & Regia luctum
, Consternata dabit: cumq; audiet, attremet ipse
, Majestatis Apex, & ebur pallore remistum.
, Nam mihi nec solij metus, est & Cæsaris iras
, Calco. Merus sunt ista cinis. Qui regnat, & ille est
, Urceus exigui cineris nisi murice pīctus.
, Me plebs, me Cæsar, me Rex, me Præsul adoret.
, Quantum me imperij sceptrique oblivio nostri
, Urat, in hac id strage loquar. Mundumq; docebo:
, Discat habere metū. Ceu fœnum regna metemus.
, Hac & Falce Deos, superisque timebimur istis.
, Quare irata hodie mundum peto: vertice in uno
, Orbis amo cladem! Dixit. Mox sæva pharetram
, Arripuit, teloque gravi ceu fulmine moles
, Horrida; Præsuleum contorto cuspide pectus
, Trajecit: diroq; simul COR obruit iectu.

O Irreparabilis iacturæ tristem scenam! O nullo
destituri ævo doloris materiem! O idem vita,
idem publicæ lætitiae ac felicitatis funus! Eu-
ropa Busto incubat & totam putat hoc se funere con-
di. Hunc Orbis dolorē dividit, & suis superst̄ti fatis cō-
plorabit Sarmatiae. Dolbit & Caput mundi hoc concus-
sum nuntio, cupient Gentes nostras minuere lachry-
mas, augendo suis. Sciet hunc Ortus occasum, sciet
hunc Occidens occidentem. Hic Mundus, quod plo-
ret, habet! Orbis iactura est mors Viri unius. Me-
retur Regnorum gemitum, œcumenicas Gentium lacri-
mas, qui tot regnis vixit. Dignus est Provinciarum
suspirijs, qui Provincijs felicitatem inspiravit. Tan-
tum illum plangat, Christianitas quantum se amari
scivit. Ab omni Oceano, ab Albula & Sequana
vehe Vistula plandit. Aut lachrymæ (ut Saturnia
illa) concrescant in æquor, aut mundus totus sit
grandis lachryma. Mollesce fuso ex oculis humore
perfusum marmor & Sacra ASCIA parentalis dolor
incidit:

FV..

FUNEBRE ELOGIUM

*Illusterrimus & Reverendissimus
DOMINVS,*

PETRUS TARŁO,

EPISCOPVS POSNANIENSIS,

Petra Ecclesiæ,

ad marmor hoc allisa, jacet.

Eheu !

hæc cine ab operosa ASCIA fabricata moles ?

Sepulchrum !

Ubi tot Heroibus gloriæ Capitolium ,

Tot Præsulibus meritorum Cœlum
exstruxit,

ubi novum quoddam TARŁOVIANÆ famæ mūdū
in Sanctitatis, Sapientiæ, ac Honoris Præsulei

Provincias distributum

fundavit

quas denique terminales sui laboris

erexit Gades ?

colosso mortuales

urnam.

Post excisam Dodonam

In Pastoralia, Clavas, Scipiones

taxorum struem cæcidit.

Tandem ad sepulchrale saxum

eroditur pulveris rubigine ac hebeficit.

Ultimo ministerio his aliquot lineis incisis.

Hi cineres

Sunt

Sunt Magni Antistitis parvæ exuviae.
& tot Purpurarum, umbrá.
Prolusit Muricibus Suffraganeus Posnaniensis,
quibus ibidem ita cognitus est;
ut plurimæ purpuræ illius desiderio
fervore ac rubore viderentur
Et Infulæ pandis oribus
suam orexiæ ac esuriem loquebantur,
Nam omnibus sapuit

Caput Sapientissimum
In Paradisiensi Abbatia
conclusit problema
deturne adhuc in terris Paradysus?
terrestrem enim in ea Colonia fecit
aut Cælestem deduxit.

Postea Tyaras Inflandicus
humilem non inflavit Mentem.

Et vetustissima Posnaniensis Cathedra
novum honorem accepit, potius quam dedit.
Hæc Diœcesis etiam Regiam complexa
suos Præsules, Regum Magistros habet.
suae Potestati & Coronam involvit.

Caput est Majoris Poloniæ ,
Romæ dexter Oculus ,
quo toti prospiciat Septemtrioni.
Septemtrionalis est Ecclesiæ Basis
quæ Petrum in Stemmate
PETRUM in Insula habuit.
ita hanc novit
ut Sanctissimi suam Romam.

Cum jam Archipræsuleum Pedum pararet Honor
Primum

Primum, repentinā vi confractum, excidit,
Cum ad Cardinalitiā subvehere vellet Rotā,
vitæ curriculus dissilijt ad tumuli lapidem,
Oppressionē Cordis
in Corde Poloniæ Varsaviā
Cor Patriæ ac Senatūs,
emortuum est.

noctu :

Nam pallidus suum scelus erubescerat Author.
Voluit delitescere.

Sub publica omnium Ordinum Comitia,
ut plures immensum partirentur dolorem,
lachrymas contribuerent.

Sepultus ad Sanctam Crucem,
ab hac viam æternitatis prospere exorsus.
Aliter commissum tempore nocturno furtum,
ablato Praesulum Clenodio
crudele non potuit expiare Fatum,
nisi ad Crucem duceretur.

Benedic Insulatis Manibus
Viator.

Ab ASCIA factum vulnus,
in Corde tecum refer

¶
Vale



Wojciechowski
M. M. 1826

C. C. G. S.

J. O. G. T. S.

3581

XVIII.3.89